



Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

X. De Paralytica curata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

deportabat. Cui cum ianua clauderetur egresso THEODERICVS quidam Monachus ei obuians, & vidēs puerum esse cœcum, redire consuluit, & sancti suffragia postulare. Populo itaq; qui iam exierat redeāte cum puerō, Deo ac famulo eius pro illuminatione pueruli à cunctis obnixijs supplicatur. Et continuò Deus omnium exauditor, cæcos oculos claro lumine reuestiuit, suum glorificans Confessorem. Rogatus ergo pueri gerulus, apud nos aliquamdiū demorari, ob tanti miraculi testimonium recusauit, se quidem & puerum esse protestans, patre & matre carentes, & de GALLIA BELGICA oriundos ex territorio TREVENERSI, scq; puerum compassione fraterna ad diuersos Sanctos spc circumtulisse salutis, cuius subuentiōnem expertus nunc esset beati ERMINOLDI gloriæ reseruatam. Ideo, inquit, iam propter quempiam non tacebo, & propter aliquem non quiescam, donec ad solum natale regressus, annunciem huius sancti præconia circumquaq;.

DE PARALYTICA curata.

PTEM mulier quædam iuuençula de ciuitate Ratisponensi à parentibus matrimonio copulata, ita post breue tempus est dissoluta paralyſi, vt loquendo vsum prorsus amitteret, oculo altero priuaretur, dentes haberet ad inuicem ita compresſos, vt hora refectionis cultello vix soluerentur ad escam, manibus quoq; contracta & pedibus, miserabile ſui ſpectaculum præbebat. Quæ more ſolito, ponderata iuxta ſepulchrum viri Dei per ſuos, mox tam integraliter eſt ſanata, vt quæ ab alijs deportari conſueuerat, pedibus ſanis accederet ad altare, & manibus ante contractis ſacrificium offerret

X.

Zzz

offerret

§46 DE S. ERMINOL PRUFENI.

offerret, & muto prius ore Missam, à Sacerdote deposceret celebrari, oculoq; recepto lætissime remearit ad propria cum amicis.

DE CONTRACTA CV-

rata.

XL.

SE D cum gratias etiam postmodum Domini redditura, sepulchrum Sancti frequentius visitaret, puella quædam allata est, cuius manus contracta erat omnino. Quam manum cum mulier ante dicta tumulo confessoris imposuisset, astantibus fratribus & orantibus pro eadem puella, clamans, O H, integra sanitatem recepta, in momento in ictu oculi manum ante contractam extensens, ouum quod casu in tumba iacebat, puerili more attraxit, iocunditatem & exultationem risumq; executens vniuersis.

DE QVODAM PVERO
curato.

XII.

ALIVS quidam puer, carne fœda in inferiori palpebra succrescente, turpem faciem præferbat. Quam carnem cum medici & chirurgici dicerent resecandam, amici maius periculum metuentes, consilio saniori, Deo & seruo eius deferendum puerum spoponderunt. cumq; mane iter arripere surrexissem, misericordia præuenerat iā fideles, carnemq; abstractam penitus inuenerunt; in patratæ rei signum, sanguinea tantum macula remanente. Qui beneficio Domininō ingratyi, votum deuotè soluentes ad tumbam sancti puerum adduxerunt, narrantes laudes Domini & virtutes eius fratribus vniuersis.

DB